



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatvs

**Dript, Laurentius a**

**Paderbornae, 1672**

16. Licet comedere, & bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem,  
modo non obsit valetudini.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13441**

Sed his Sanctorum Patrum rationibus  
& auctoritatibus non obstantibus ad gulæ  
illecebras quodammodo invitant, qui docent.

## PROPOSITIO XVI.

*Licet comedere & bibere usque ad satie-  
tatem ob solam voluptatem modo non  
obsit valetudini.*

21. **H**Vjus rationem assignat Author,  
quia licite potest appetitus natura-  
lis suis actibus frui, adeoque oculi videre,  
manus palpare, aures audire, odoratus olfa-  
cere, & gustus comedere & bibere, quod li-  
bet & placet, & quantum placet, imò & ul-  
timum finem in eis constituere: fruitio  
enim est finis, usus verò mediorum. Sed hu-  
jus assertiois absurditas satis supra ostensa,  
& refutata est, in illa propositione volupta-  
tes sensuum licite possunt appeti propter se:  
quibus accedat divina comminatio, non gra-  
ventur corda vestra crapulâ vel ebrietate &c.  
*Va vobis, qui saturati estis, quia esurietis. Et*

*S. Augustinus de Moribus Ecclesie cap. 21. Ha-*  
*bet igitur ait vir temperans in rebus morali-*  
*bus & fluentibus vita regulam, utroque testi-*  
*mento firmatam, ut earum nihil diligat, nihil*  
*per se appetendum putet: sed ad vita huius, at-*  
*que officiorum necessitatem, quantum satis est,*  
*usurpet mentis modestia, non amantis affectu.*  
*Et de his similibus merito asseveres illud,*  
*Socratis: illos nimirum velle vivere ut bibant*  
*& comedant, non comedere, ut vivant,*

### PROPOSITIO XVII.

*Non nisi veniale est absque utilitate se cre-*  
*bo & potu usque ad vomitum inquirere,*  
*nisi ex huiusmodi vomitibus gra-*  
*via valetudini incommoda oriantur.*

**Q**Uæ deducta videtur ex alia ex qua se-  
 quitur tanquam conclusio ex suo prin-  
 cipio.

### PROPOSITIO XVIII.

*Gula ex naturâ suâ non est mortale, sed so-*  
*lum veniale peccatum.*